



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

46. An donatio Patris filii morte confirmetur? Et an ad donationem, ut morte Patris confirmetur, requiratur quod quingentos aureos non excedat, aut si excedat legitime sit insinuata? Et an donatio à ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

terate pro doct. huius quest. & in Ref. 19. §. 1. & §. Hinc & in Ref. 25. cursum in §. Vnde, & breuiter sed cum aliis Doctores, in- fra in Ref. 47 §. vltim. & inferius in tr. 8. Ref. 110. §. vlt.

Sup. hoc in Ref. i. nor. praterita. §. Sed post me- dium, a vers. Itaque. Sup. hoc ibi- dem, in prin- cipio.

3. circa princ. ibi, contemplatione meritorum, Cod. de se- cond. nup. & Nouell. 2. in prefat. quibus in locis fit ex- pressè mentio meritorum filij erga patrem, ob quæ sin- gularem gratiam à parente obtinuerit, Accedit, quòd hæc proprie non fit donatio, sed accepti beneficij com- pensatio; nec tam ex substantia patris, quam ex propria industria rem donatam adeptus filius videatur. Et hanc sententiam approbant Bart. n. 57. Ioan. Baptista à Sæcto Seuterino, n. 64. Crocus n. 76. Coraf. n. 49. & Cagnol. n. 319. in l. frater à fratre 38. ff. de cond. indeb. Clar. in d. §. donatio, n. 2. Gail. d. obseru. 8. n. 5. Roland, à Vallè conf. 98. n. 84. lib. 1. Tiraq. in l. si vnquam 8. verb. Dona- tionè largitis, n. 20. C. de reuoc. don. Fachini. lib. 3. controu. iur. c. 74. Daniel Molerus lib. 2. sem. c. 16. & ex Theolo- gis Layman lib. 3. tr. 4. c. 12. n. 12. & alij communiter.

2. Notandum est tamen, donationem patris remu- neratoriam valere, si modò filius benemerita illa pro- bauerit, vt rectè obseruat Gail. lib. 2. obseru. 38. n. 6. Iacob. Philippus Portius conf. 112. n. 23. & seq. Iacobus Meno- chius lib. 2. arbit. quæst. casu 34. n. 10. & seq. Trentacin- quius lib. 3. var. res. tit. de don. res. 8. n. 6. Nec enim statim assertioni patris de meritis filij attestantis, et si illa ex- primat in speciejed ea, vt dictum est, à filio probari de- bent. Mollerus lib. 2. semest. c. 16. n. 3. & 4. Menochius lib. 3. presump. 29. n. 24. Gail. d. obseru. 38. n. 6. Anto- nius Gabriel lib. 3. tit. de don. concl. 1. n. 61. & hoc verù est, et si pater iurasset, talia filij benemerita in se extare; siquidem confessio in fauorem non capacis iratò facta, intelligitur in fraudem esse facta. Ioannes Corafius ad l. frater à fratre, §. quæstum, n. 56. ff. de cond. indeb. Iacob. Philippus Portius conf. 112. n. 22. seq. Mozzius d. tit. de don. rubr. de personis inter quas, n. 14. Nec statim asser- tionis patris, licet in testamento seu vltima voluntate, de meritis filij testetur. Ferdinandez Valquius lib. 3. controu. c. 46. n. 9. Menochius lib. 3. presump. 29. n. 26. Sed & ad donationem remuneratoriam à patre filio factam, vt valeat, non sufficit merita quadam filij extare: sed requiritur etiam, quòd ipsa merita æquiualeant donationi, alias donatio ipsa non valet. Iulius Clarus, d. tit. §. donatio, n. 3. Gail. d. obseru. 38. n. 6. Ioan. Corafius d. §. quæstum, n. 51. Alioquin quando merita non sunt donationi æquiualentia, valet donatio dumtaxat vsque ad valorem, sive estimationem meritorum. Tren- taciq. d. tit. de don. res. 8. n. 7. Mozz. d. tit. de don. rubr. de personis inter quas, n. 15. Iacob. Menoch. d. pres. 29. n. 21. & 22. Verùm autè benemerita donationi æquina- leant, iudicis arbitrio relinquuntur. Andreas Gail. d. ob- seru. 38. n. 6. Trentaciq. d. tit. de don. res. 8. n. 7. Iacob. Menoch. d. cas. 132. n. 7. Clar. d. §. Donatio, n. 4. Vide etiã Henricum Bocer. tr. de donat. c. 3. n. 14. & Aratum Enxen- gium de privileg. paens. & liber. prinil. c. n. 22.

3. Verùm in foro conscientie puto sufficere merita & seruitia filij extare, etiam si probari non possint. Et idèd Villalobos in summ. tom. 2. tr. 1. §. d. ff. 6. n. 13. sic ait. [Lo quarto, quando se haze por merecimiento, y seruiçios, en tanta quantidad, quanta se deuria pagar a vno estranno, segun Bartolo, y en el fuero interior, basta que sea assi verdad, aunque en el fuero exterior seria menester prouarlo, como dize Navarro, y le sigue Pedro de Nauarra.] Sic ille.

4. Ex doctrina superius allata infero cum Fagundez lib. 4. c. 7. n. 5. & seq. Quòd si vnus filius familias sub pa- tria potestate constitutus, patri, vel matri suæ inseruiat, cæteris non inseruitibus, posse patrem pro remunera- tione seruitij illius, absque obligatione adductionis ad collationem illi donare tantum quantum merita valèt, & quantum daretur extraneo pro illo seruitio; si tamen pater non dar, neque filius familias in vità parentis cum patre commens, ne sua merita irremunerata manerèt, vt pro eis sibi saltem tantum donetur, quantum pro illis donaretur extraneo, si illa faceret, non posse filium, ne- que illius hæredes post mortem patris salarium petere

fui laboris à patre, quia censetur id facere amore filij. Si tamen filius protestatus fuit, viuente patre, de pretio sui obsequij, & seruitij patri impensij, & cæteri fratres similiter patri non inseruiant, poterit post mortem patris, tam ipse, quam illius hæredes, pretium impensij laboris petere, vel de illo sibi occultè compensare, si semper in animo habuit non inseruire gratis, & diffi- cultatem timet & expensas in recuperatione illius.

5. Sed si in donatione remuneratoria patris merita non probentur à filio, an valeat nihilominus donatio, tanquam simplex, & morte patris confirmetur respon- dens Bartolus & Alexander ad l. si donatio, C. de col- lar. valere, quia patens mentio fecit benemerito- rum filij, vt eo magis donatio consisteret; quare non debet eius assertio contrarium operari, argumento l. si mancipia, ff. de fundo instructo.

6. Sed contrarium respondit Decius, in d. l. si dona- tione, quia videlicet talis donatio videtur esse simulata, & ex falsa causa facta, idèd non valet, argumento l. cum hic status, §. si quis sponsus, ff. de don. int. vir. & cor. vbi donatio vxori facta non valet, si vxor non sit, quia non quasi ad extraneam, sed quasi ad vxorem fecit, vt ibi.

7. Mihi prior sententia videtur esse probabilior: et si enim mentionem faciat pater benemeritorum filij, tam- en ea est ipsius voluntas, vt filius omninò habeat. Facit pro hac sententiã textus in l. tutor, §. que tutoribus, ff. de execut. tut. in illis verbis: Quia iudicium patris, vt filium non vt iutor promeruit.

8. Ad rextum, in §. si quis sponsus, respondeo, ma- gnam ibi esse rationem diuersitatis, quia si vxor non sit, cessat donatoris voluntas; neque enim extraneæ donat- set personæ. At in specie nostra subest causa ipsa natu- ralis, quia filius. Et hæc omnia docet Fachinaus l. 3. controu. iur. c. 77.

RÉSOL. XLVI.

An donatio patris filij morte confis. meum? Et an ad donationem, vt morte patris, confirmetur, requi- ratur, quòd quingentos aureos non excedat, aut si ex- ceat legitime sit infinuata? Et an donatio à patre filijs sit eo mortuo ad hæreditatis diuisionem conferenda? Ex p. 8. tr. 6. Rel. 55.

§. 1. R Epondeo, quòd licet donatio à parte filio facta non valeat, si tamen pater eam ante obitum suum non reuocauit, confirmabitur ipsius morte. Anto- nius Gomezus tom. 2. var. res. tit. de donation. c. 4. n. 25. Ioannes Scheneidevv. ad tit. Inst. de donat. §. alia, n. 69. Daniel Molerus lib. 2. semest. c. 6. n. 6. Quo tamen casu sic demum donatio morte patris confirmabitur, si pater in eadem voluntate perseverauerit. Iacobus Menochius d. presump. 29. n. 68. & seq. Ioan. Corafius ad l. frater à fratre, §. quæstum, n. 67. Mutasse autem voluntatem in- telligitur, & tunc quando rem donatam pignori dedit, quando inter ipsum & filium graue odium interuenit, vel quando rem donatam alij donauit. Menochius d. tit. presump. 29. n. 78. & seq. Præterea, vt donatio morte pa- tris confirmetur, requiritur, quòd res donata filio sit tra- dita. Si enim tradita non fuerit, et donatio morte patris confirmatur. Andreas Alciat. ad c. cum contingat, n. 305. extr. de iure iur. Trentaciq. d. tit. de don. res. 6. n. 4. vbi tamen traditionem sic à sufficere notant Tibertius Decianus resp. 74. n. 42. vol. 3. Hieronymus Schurpitius conf. 46. n. 7. com. 1. Trentaciq. lib. 3. var. res. tit. de don. res. 6. n. 4. Iulius Clarus lib. 5. recept. sem. §. donatio, g. 5. n. 6. Scheneidevv. ad tit. Inst. de donat. §. alia, n. 60. Ad dona- tionem præterea, vt morte patris donantis confirme- tur, requiritur, quòd quingentos aureos non excedat, aut si excedat, legitime sit infinuata. Trètaciq. d. tit. de donation. res. 6. n. 5. & resp. n. 1. Petr. Nicolaus Mozzius d. tit.

Sup. hoc sup. in Ref. 20. & ex doctrina Ref. 16. §. 1. ad medium, a vers. tamen idèd §. Alias & infra in tr. 8. Ref. 110. §. vlt.

de donationibus in rubric. de substantial. n. 16. Anton. Gabr. Roman. d. i. de don. concl. 6. n. 5. Illud certum est, donationem morte patris non confirmari, quando immoderata est, nimirum ceteris liberis praeiudicat. Gailius d. obseru. 28. n. 15. Henricus Bocerus de donat. cap. 3. num. 10.

2. Sed non deseram hic addere verba Patris Vvadingi, tract. de contr. disp. 1. dub. 10. vbi sic ait. Dico, pater filio in potestate existenti non potest donationem puram inter viuos facere; dixi donationem inter viuos, quia mortis causa facta valet, imò ipsa donatio inter viuos sustinetur in vim donationis mortis causa; cum limitatione tamen quam ait. I. donationes quas parentes habent, ut instruetur donatio, si excedat summam legibus taxatam, scilicet quingentos aureos; & si instruetur, non requiritur expressa confirmatio illius facta in morte a parente, sed solum silentium eius, vel non reuocatio sufficit ad eam confirmandam; quod etiam sufficit ut retrahatur ad tempus facta donationis, & eo loco habeatur, ac si fuisset inter viuos facta, & valida a principio. Si vero non sit facta insinuatim, solum silentium non sufficit, sed debet saltem in eo, quod excedit quingentos aureos, expressè confirmari in morte, & tunc non retrahitur ad tempus facta donationis, sed tantum incipit a tempore mortis.

3. Sed, an donatio à patre filiis sit, eo mortuo, ad hereditatis diuisionem conferenda; vide Layman lib. 3. tract. 4. c. 12. n. 11. Molinam tom. 1. tract. 1. disp. 243. Baunium in Theolog. mor. tom. 3. lib. 2. tract. 1. quest. 16. & ex Iuriconsultis Fachinæum controuers. iur. lib. 5. c. 81. & sequenti.

RESOL. XLVII.

Enumerantur alij casus, in quibus donatio patris facta filio est valida. Ex p. 8. tr. 6. Ref. 6.

§. 1. Dico primo, quod valet donatio à patre filiæ facta quando pater donat filiæ causa dotis, vt notat Iacobus Menochius lib. 3. p. sumpt. 29. n. 74. & segg. Corasius ad Isidorum de fratres. §. questum, num. 60. Rollandus à Valle, in tract. de iur. doti. q. 100. n. 3. Et idè valet donatio propter nuptias, quam pater filio facit. Gratianus disceptat. for. 297. n. 1. Schneidevvin. ad §. alia. n. 77. Insti. de donationibus.

2. Dico secundo, valere donationem, quam pater facit filio in militia abeunti. Siquid in l. 2. n. 3. de inoff. dona. & Hunnius in Encycl. iur. p. 3. tit. 26. c. 1. n. 24. Deinde summus Princeps filio suo donare potest, & valet eiusmodi donatio, quia Princeps legibus ciuilibus solutus est. I. Princeps. ff. de legibus. Prohibitio vero donationis inter patrem & filium iuris ciuilibus est. Andreas Gailius d. obseru. 38. n. 16. Menochius lib. 3. ref. 29. n. 96. & seg. Trentacinius d. iur. donat. ref. 8. n. 9. Nicolaus Intrigliolus tr. de substit. cent. 219. 90. n. 8.

3. Dico tertio, quod donatio à patre facta filio emancipato, statim ab initio valida est, nec confirmatio indiget. Gailius obseru. 38. n. 24. Daniel Molerus lib. 2. semel. c. 16. n. 6. Antonius Gomezius d. iur. de donat. c. 4. n. 25. Siquid ad l. 2. n. 11. C. de inoff. test. Adèd vt donatio filiofamilias facta confirmetur per mortem patris subsecutam. Molerus c. 16. n. 6. Henricus Bocerus de donationibus, c. 3. n. 12. Mozzius d. tit. de donationibus, rubr. de personis inter quas, n. 17.

4. Alios etiam casus enumerat Lessius lib. 2. cap. 18. dub. 12. num. 61. vbi sic ait. Sunt aliqui casus, in quibus donatio patris in filium sub patria potestate constitutum statim valet. Primo si aliquid detur in dotè, vel ad matrimonium. Secundo, cum donat bona mobilia proficiendi ad bellum. Tertio, si professuro aliquam disci-

plinam libros donet; hæc enim duo genera efficiuntur statim castrensia, vel quasi castrensia bona. Quarto, si vni fructum, quem habet in bonis aduentitijs filij, condonet filio. Quinto, si in remunerationem obsequiorum. Denique, in omnibus penè casibus, in quibus donatio inter coniuges valet statim, valet etiam parentis in filium. Ita Lessius, cui adde Hurtadum, disp. 1. diff. 7. & Baunium in Theol. mor. tom. 3. lib. 2. tr. 4. q. 9.

pro tertio ita vt in not. & supra in Ref. 40. §. Quinto. & pro Quinto huius §. supra in Ref. 45. & in alijs §. eius not.

RESOL. XLVIII.

An pater teneatur non solum alimenta, sed etiam dotem filiis spiritibus præbere? Et an hoc etiam procedat si pater sit Clericus, etiam post Constitutionem Pij V? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 28.

§. 1. Negatiuam sententiam docet ex Theologis Molina de iust. t. 1. disp. 224. n. 2. Probatur hæc opinio, quia non valet argumentatio de alimentis ad dotem nam alimenta dantur dietim, aut in singulos menses, vel annos: dos autem simul, & vno cumulo constituitur: & sic in dote agitur de maiori præiudicio parentum, quam in alimentis; vnde licet Patres teneantur alere, non tamen tenentur dotare liberos spiritibus: posse tamen id efficere, si velint. Secundo, quia in dote erit scandalum, non autem in alimentis solutendis; nam in dote constituenda, videtur renouare pater suam incontinentiam: & alios suo prauo exemplo ad peccatum protocare; non sic in alimentis præstandis, vt de se patet. Tertio, quia dos non constituitur primario ad alendam vitam, sed ad sustentandam familiam; parentes autem solum ductu naturæ tenentur vitam filiorum, si-liarumque spirituum alere, non vero familiam sustentare. Poterunt ergo parentes huiusmodi filios, & filias, si pauperes sint, dotare si velint, titulo elemosynæ; non tamen tenentur dotare: neque ad id possunt cogi in foro interno, aut externo.

Sup. hoc in fra in tr. 8. Ref. 112. §. vlt. Sed lege eam per totam, vt plene scias, quid facere poterit pater, aut mater cum filiis spiritibus.

2. His tamen non obstantibus affirmatiuam sententiam tenet Filiucius tom. 2. tr. 23. p. 2. c. 2. n. 42. Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 16. num. 10. & segg. & lib. 7. disp. 88. n. 32. Surdus t. 3. com. 3. 10. n. 2. & t. 4. conf. 509. n. 1. & segg. & alij penes ipsos: quibus nouissime adde Trullench. in Decal. t. 1. lib. 4. c. 4. dub. 2. n. 22. vbi rectè obseruat hoc procedere, etiam si pater sit Clericus, & etiam post Constitutionem Pij V.

Sup. hoc in §. rot. præterit. & in t. 2. tr. 6. ref. 4. §. Et idè. & in t. 4. tr. 72. ref. 11. §. vlt.

3. Fateor hæc secundam sententiam esse veriorè; sed si aliquis primam Molinæ velit amplecti, eum non damnarem: nam illam tanquam probabilem admittit Fagundes in Decal. tom. 1. lib. 4. c. 1. n. 7.

RESOL. XLIX.

An pater possit renuocare beneficio legis Si vnquam, & donationem facere extraneis in præiudicium filiorum? Et notatur, quod in casu, quo donatio propter prolem superuenientem esset nulla, donatarum non obligari ad restitutionem, donec res donata reuertatur. Et docetur, quod in dubio ea est tenenda sententia, & interpretatio, quæ humanior est, & benignior. Ex p. 8. tr. 6. Ref. 60.

§. 1. Negatiuè respondet Hurt. disp. 1. diff. 7. Dicta donatio est nulla, quamuis renuocauerit dictis legibus, quia facta sunt in fauorem filiorum futurorum, absque limitatione aliqua. Ita ille, cui adde ex Iuriconsultis Gailium lib. 1. obseru. 46. n. vlt. & Myrsingerum cent. 5. obseru. 63.

2. Probatur hæc opinio, quia in dubio ea tenenda est sententia, & interpretatio, quæ humanior est ac benignior,

Sup. hoc in tom. 5. tr. 4.